Salutem in Christo. Reuerende Vir & amice charissime. Quemadmodum hortatu atq; impulsu Academiæ nostræ, flagitante amplissimo Senatu vrbis Bremensis, ad eam, in qua nunc versaris, functionem profectus es: Sic non immerito dolemus, & Ecclesiæ Bremensis & tua causa, quibus bene esse ex animo cupimus: quod intelligimus aduersatione vnius ex Collegis tuis, turbari apud vos inter docentes pium Consensum de doctrina, et Causam præberi distractionibus voluntatum inter Ciues & auditores vestros. Hunc dolorem nostrum magnopere auget, quod in annum nunc alterum res protrahitur, & Antagonista ille vester non occulte cum Flacianis, quorum per Saxoniam passim magna copia est, conspirare, & de horum incitationibus arte maiores turbas & distractiones quærere videtur.

Optinam vero aliquid remedij aut opis isti malo afferri à nobis posset. Sed serio ac diligenter de re tota Cogitantibus, et pia quadam solicitudine omnia, quæ in mentem nobis venire possunt colligentibus videri solet, totum negocium hac bona ratione comode atq; opportune componi posse, si amplissimus Senatus vester authoritatem suam interponat & veritate in Colloquio mutuo patefacta, quiescere, aut alibi locum viuendi sibi quærere Antagonistam illum jubeat.

Huius nostri consilij causas multas & graues integerrimo viro Gerardo Bibliopolæ exposuimus, quas speramus ille illum fideliter ad te, & ad consulto

ac

1573. Oct. 6.

ac Senatores præcipuos vestræ vrbis relatũrum e
Ac meminimus Reuerendæ memoriæ Dominũ
Præceptorem Philippum in similibus negocijs sæpe
licuit tali consilio remedium magnis malis attu
Mutius autem scripsionibus nunquam feliciter dis
volta composita esse, res atq; experientia docet. N
vt vltatori, secundum veteris prouerbij sententiam
quam verba desunt: Sic semper reperiet Antag
ille vester. quod Cauillando carpat, aut male int
do corrumpat, atq; interea in sinum gaudebit, tempu
occasionem sibi concedi, magis magisq; turbandi
am vestram, dum tanta mora mutuis scripsionu
tercedit, quarum finem nondum perspicere animo p
mus. Et quis tandem iudex erit scriptionum
rum, si tu ad Academias harum regionum, iste
factionis complices prouocabit?

Hoc igitur vnum remedium restare nobis
tur, si vt sapientem, pium & grauem magistratu
cet, Senatus vester amplissimus, negocij totius Con
sitionem ad se se reuocet, & viros intelligentes
doctos deligat, quibus præsentibus vtraq; pars int
de capitibus controuersis mutuo colloquio confer
Quibus autoritate publica exequantur hoc, quod ad
tatem Conseruandam: et ad restituendam Eccles
tranquillitatem pertinet.

Hoc vnum si Senatus vester impetra
patietur: non dubitamus et veritatis doctrina
vos salua atq; integram, et Ecclesiam vestram p
rursus quietam atq; tranquillam fore. Inter
constanter atq; fideliter operas tuæ vocationis f

neq; animo frangi velimus, cuius quidem in
asserenda veritate fidem atq; integritatem, et in foven-
da Ecclesiæ Concordia pietatem, plane habemus per-
spectam & cognitam: Et summam Confessionum tua-
rum Congruere iudicamus Cum Corpore doctrinæ
Ecclesiarum nostrarum, in quo non dubitamus com-
prehensum esse Consensum veræ Ecclesiæ omnium tempo-
rum, iuxta normam scriptorum Prophetarum & Aposto-
licorum, & testimonia vniuersæ puris & orthodoxæ
antiquitatis. Bene & feliciter vale. Vir Reuerende
et à nobis omnia officia pietatis & humanitatis
expecta. Witebergæ 6 Octobris Anno Chri-
sti 1573.


Henricus Moller D.

Caspar Cruciger th. D.

Christophorus Pezelius D.

Pezel.

Reverendo Viro, pietate, eruditione, & integritate vitæ præstanti D. Marco Hamingo, Pastori ac Superintendenti Ecclesiæ Bremensis amico nostro.



tradidit se in Gymnasio Dantiscano mense Octobri Anno 1613 et sacra promulgavit